

L. C. SZYMAŃSKI O. P.

DE MAXIMALI SMO UT NUNC DICIMUS VITAE CHRISTIANAE  
S. THOHAE DOCTRINA DE OBLIGATIONE PERFECTIIONIS  
ILLUSTRATO

Consideratio haec constituitur ad probandam assertionem quod perfectio christiana, quae in attingendo ultimo fine supernaturali consistit, unicuique strictam obligationem inducit nempe;

non solum id, quod peccaminosum sit, vitandi,

nec etiam solum faciendi id, quod sit bonum,

immo et insuper semper id, quod melius et perfectius sit, eligendi.

Hac thesi propagari videtur, sic a nobis dictus, maximalismus moralis in vita christiana, qui praecepto Christi Domini, unde et obligatione stricta firmatus est.

1. Imprimis ergo sciendum est, ipsam perfectionem christianam obligare unumque hominum. Haec praecipue deducitur ex illis expresse praeceptivis verbis, datis singulis et omnibus: „Estote perfecti, sicut Pater vester coelestis“ (Mth. V, 48).

Confirmatur etiam hoc caritatis praecepto; „Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua et in tota mente tua“ (Mth. XXII, 37—38). Caritas enim cum perfectione christiana intime coniungitur ita, quod de eius essentia est. Namque perfectio, ut S. Aquinas scribit, in attingendo proprio hominis fine consistit. At hoc non nisi caritas facit, uniens nos ex natura sua cum Deo, seu cum nostro ultimo fine supernaturali, qui est proprius hominis finis.

2. Ex illa inseparabili conniunctione caritatis cum perfectione non solum obligatio, sed etiam intensitas et extensio perfectionis deducitur. Perfectio enim ita obligat, sicut et ipsa caritas. Cum enim caritas obligat „sine modo“, quia Deus nunquam satis a nobis amari potest, ita etiam et similiter perfectio obligat. Unde S. Thomas notat; „perfectio divinae dilectionis universaliter cadit sub praecepto ita, quod etiam perfectio patriae non excludatur ab illo praecepto“ (2—2, q. 184, a. 3 ad 2).

Clarum est ergo quod unusquisque tenetur;

1-o habere ad minus sic dictam „perfectionem quoad esse“, sicut et ipsam caritatem, tum intensive scilicet ut perfecte diligat (appretiative summam) seu amando Deum super omnia, tum extensive id est ut perfecta faciat, seu servando omnia mandata Dei et vitando omnia peccata moralia, quae contraria sunt caritati et perfectioni.

Haec est tantum perfectio necessaria, sufficientiae, essentialis, dicens potius principium, initium, infimum gradum, perfectio „quoad speciem“.

2-o Cum autem perfectio ex sua natura nullo modo potest coarctari, quia „perfectum est, cui nihil deest“, unde semper debeat crescere in via, quod ex parte caritatis intensione sine limite esse potest. Et ad hanc perfectionem „quoad bene esse“ dictam, praeceptum obligat ita, ut tenemur semper tendere. Quod enim propinquus est fini, tanto perfectius est.

a) Per hoc ergo excluduntur a perfectione non tantum peccata mortalia ut supra dictum est, verum etiam et peccata venialia, quae non ad augmentum, sed potius ad diminutionem caritatis et perfectionis disponunt.

b) Exiguuntur autem ad perfectionem „quoad bene esse“ actus caritatis saltem aequales intensioni habitus, qui ad augmentum disponunt et propriissime actus excedentes intensionem habitus seu ferventiores qui actualiter augmentationem faciunt.

Ad hoc ergo ex praecepto tenemur tendere, quia caritas non est otiosa et sic in via magis ac magis perfectionem intendere debet.

3-o Ratione perfectionis „quoad bene esse“, seu ratione eius augmenti non tenemur semper facere id quod est melius obiective seu quod est ex parte consiliorum, quia hoc per se augmentum non facit, insuper etiam est extra obligationem et praeceptum. Haec est perfectio „superrogatoria“ ad quam non tenemur tendere, neque eam habere. Sic est simpliciter.

Nam tenemur saltem eam non contemnere, nec contra eam se obfirmare. Tenemur enim semper ad id quod exigit caritas. Et haec ratione suae universalitatis inclinatur non tantum, ut homo non contemnat, sed etiam secundum affectum paratus sit ad omne bonum necessarium et superrogationis. Ita ergo et consilia si referuntur ad praeparationem animi sunt obligatoria, immo ut S. Doctor scribit, sunt de necessitate salutis (1—2, q. 108, a. 4).

In tantum ergo extenditur perfectio vitae christianae, in tantum eius maximalismus consistit. Nihil enim a perfectione excluditur, potius omnia in ea obligant, quis ad hoc inclinatur vigor caritatis visque ambitus praecepti.

Benevolus lector fundamentum huius doctrinae invenire possit in hoc S. Thomae praeclaro textu 3 Sent. d. 29, q. 1, a. 8, qc. 2, ad quod perlegendum referre iuvat

### P. PAŁKA

#### DIE ANNIVERSARIEN DES RÖM. KATH. DOMKAPITELS ZU CHELM

Das zugängliche Quellenmaterial des Chelmer Domkapitels (Stiftungsakt des Königs Wladyslaw Jagiello vom Jahre 1429, Statute des Domkapitels vom Jahre 1572, Protokolle der Kapiteltagungen Decreta Reformationis einiger chelmer Bischöfe, Das Anniversarienbuch ermöglicht die Feststellung das nach ungefähr vier-hundert jährigen Bestehen des Chelmers Domkapitel dort ungefähr 30 Anniversarien vorhanden waren. Die Anniversarien legten fest, dass bestimmte Jahresmessen gesungen werden mussten. Während des Bestehens der Chelmer Domkapitels wurden die feierlichen Totenmessen, die alljährlich gehalten werden mussten, und zwar in der Kathedrale von Prälaten und Kanoniker nicht immer in der verpflichtenden Zahl gesungen. Die Anniversarien entstanden allmählich sie reduzierten sich manchmal, wenn die Stiftungen sich verloren auf die sie eingetragen waren. Das älteste Anniversarium des Kapitels war das Jahresgedächtnis für den Stifter dieses Kapitel, dem König Wladyslaw Jagiello. Andere Anniversarien wurden allmählich eingeführt. Die Anniversarien stifteten größten Teils geistliche Mitglieder dieses Domkapitels, die für diesen Zweck manchmal rechtbedeutende Geldsummen opferten. Die Anniversarien für den König Sigmund August und für den chelmer Bischof Adalbert Sobiejuski wurden eingetragen als Danksagung an diese Personen für ihre grossen Verdienste die sie dem Domkapitel erwiesen. Andere spätere Anniversarien stützten sich auf Sondrestiftungen für diesen Zweck, Von den uns bekanten Anniversarien in diesen Kapitel ist lediglich eines vom weltlichen gestiftet. Dieses Anniversarium war für das Ehepaar Michael und Ursula Postępskie. Dieses Anniversarium wurde vom